

5041 — —¹ | XIII kal. Iun.² in domum Aeli Coerani³ fratres Arvales ad consummandum sacrum deae Diae convenerunt, ibique inter cenam Armenius Peregrinus praet. et promag., Catilius Severus, Stati[li]us Silianus, Sulpicius Pollio, Aelius Coeranus, | Caesonius Lucil[li]us⁴ discubentes toralibus segmentatis ture et vino fecerunt ministrantibus pueris patrimis | et matrimis senator. filis pra[e]textati[s] q. s.⁵ Fruges libantes cum calatoribus et public. ad aram retulerunt. Deinde | lampadibus incensis pariter tuscanicas contegerunt, quas per kalatores domus suas miserunt. Hoc anno cenatum est in diebus singulis X centenis, XVI, XIV, XIII kal. Iun., et adclamaverunt: — —⁶.

In tabula rep. in vinea Ceccareliorum anno 1468, adscriptum ad acta anni 455: pars est actorum anni 243 (VI 2086; Henzen Arv. CXCVI). — 1) Omisi quae praecedit partem extremam relationis de sacris diei secundi. — 2) 20. Mai. Dies tertius sacri deae Diae. — 3) Cf. supra N. 4458. — 4) Cf. N. 4486. — 5) Qui supra. — 6) Sequuntur ea quae nos rettulimus supra N. 451.

Piacula.

5042 [quod | *Cn. Cornelius*] Cn. f. Lentulus augur, mag. in locum | [*factus, ad*] fratres Arvales rettulit: arborem | [*in luco deae*] Diae vetustate cecidisse, q. d. e. r. f. p., d. e. r. i. c.¹: [*cum arbor*] vetustate in luco deae Diae cecidisset, ut | [*in luco*] ad sacrificium consumeretur, neve quid | [*ligni*] exportaretur².

Ex eadem tabula marmorea semel descripta ex qua supra N. 5026: pertinebat ad a. p. Chr. 14 (VI 2025; Henzen act. Arv. p. XXIX). — 1) Quid de ea re fieri placeret, de ea re ita censuerunt. — 2) Piaculo fortasse opus non fuit, cum arbor in ipso luco consumenda esset; praeterea numquam commemoratur arbor collapsa quae sacrificiis non sit expiata (Henzen p. 156).

5043 L. Flavio Silva Nonio Bassus, Asinio Pollione Verrucoso cos.¹ XVIII k. Febr. | in luco deae Diae piaculum factum per calatorem et publicos eius sacerdoti, quod arbor | a vetustate decidit expiandum, porcam et agnam opimam. |

L. Vettio Paullo, T. Iunio Montano cos.² k. Mais in lúco deae Diae piaculum | factum per calatorem et publicos eius sacerdoti ob ferrum inlatum in aedem scrip[t]ur. | caussa³, porcam et agnam opimam.

Isdem cos. III idus Maias in lúco deae Diae piaculum factum per calatorem et publicos | eius sacerdoti ob ferrum de aede elatum³, porcam et agnam opimam.

Ex tabula quae continebat acta annorum 80. 81, reperta a. 1699 ante urbis Romae portam Portuensem (VI 2059; Henzen act. p. CVI). — 1) Consules ordinarii anni 81. — 2) Consules suffectos eodem anno fuisse apparet. — 3) De his piaculis quotannis mense plerumque Aprili vel Maio factis cf. Henzen p. 428 seq., item p. IX.